



COSMOLOGIA

SEU

DE MUNDO IN GENERE

quæstiones & controversiæ.

Quæstio 1.

Quæ mundi appellationes
& unde?



Undus Latinis ad imitatio-
nem Græcorum dictus à mun-
ditie, ornatu & elegantiâ, teste
Plinio lib. 2. nat. hu. cap. 4. &
alijs orbis à rotunditate; à
Græcis & quidem primò à Pythagorâ, monente
Plutarcho lib. 2. de placitis. Philosophorum
cap. 1. κόσμος appellatus est à verbo κοσ-
μεῖν, quod non solum ornare, sed & or-
dinare, apparare & instruere significat.
Unde apud Homerum κοσμήτορες λαῶν
sunt daces qui populo præfecti omnia ordi-
nant, moderantur & instruunt. Et apud
eandem κῆρ κοσμον dicitur convenienter

A 7

decem.